



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN.

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO DE LEÓN.

Su Sría. Ilma. el Obispo mi Señor, ha salido con fecha 2 de los corrientes al Arciprestazgo de Mansilla de las Mulas con objeto de continuar la Santa Pastoral Visita; dejando encargado del Gobierno de la Diócesis, al Canónigo Licenciado D. Domingo Argüeso.

León, 3 de Mayo de 1888.

Su Sría. Ilma. el Obispo mi Señor, recomienda á los Sres. Párrocos, Economos y Vicarios presten su concurso á las comisiones de jóvenes de esta Capital que se les presenten, con objeto de repartir de un modo justo y equitativo las limosnas recaudadas para socorrer á los pueblos perjudicados por el temporal.

León, 28 de Abril de 1888.—Dr. José Fernández Ben-dicho, Pbro. Secretario.

CARTA ENCÍCLICA
de Su Santidad disponiendo que en el último Domingo de Septiembre se celebren en todo el orbe católico sufragios por las almas de los fieles difuntos.

VENERABILIBVS FRATRIBVS PATRIARCHIS PRELATIBVS ARCHIE-PISCOPIS ET EPISCOPIS VNIVERSIS CATHOLICI ORBIS, GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS.

LEO PP. XIII

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.
Quod anniversarius Sacerdotii Nostri dies quinquagesimus nuper Ecclesiae peroptato illuxerit, acceptum, ut oportet, refe-

rimus summae Dei benignitati, cuius nutu arbitrioque providentissimo omnis vita hominum regitur. Ac pari modo tantam ubique animorum consensionem in obsequiis, in effusa liberalitate, in publicis laetitiae significationibus nemo poterat nisi Ille excitare, cuius omnino imperium est in hominum mentes et voluntates et corda, quique eventus rerum ad christianaे religionis gloriam dirigit et moderatur.—Praeclarum quidem et memorabile factum, ex quo ipsi Ecclesiae hostes, vel inviti et nolentes, suis ipsi oculis perspiciunt, quemadmodum divina eius vita ac divinitus ingenita virtus vigeat semper, atque adeo persuadere sibi cogantur, insano prorsus conatu gentes impias fremere et inania meditari adversus Dominum et adversus Christum eius.

Iamvero, ut quam latissime huius beneficij divini et memoria manaret et utilitas, coelestium gratiarum thesauros universo Nobis concredito gregi reclusimus: nec sane praetermissimus divinae pietatis munera iis ipsis implorare, qui extra unicam salutis Arcam adhuc versantur: quod hoc consilio fecimus *ut omnes gentes et populi, in fide caritatis vinculo sociati, uno ovili sub uno pastore cilius aggregentur:* ita sane *Dominum Nostrum Iesum Christum* cum gemitibus exoravimus in solemini Sacro Canonizationis mox celebratae.

Nos enim et ad triumphantem Ecclesiam sublatis oculis, herobus christianis, de quibus iam absoluta feliciter erat praestantissimarum virtutum ac miraculorum ad iuris tramites cognitio, aliis sanctorum summos honores, aliis beatorum cultum solemniter decrevimus et tribuimus, ut ea quae in coelis est Hierusalem, cum hac ipsa quae in terris peregrinatur a Domino, communione laetitiae iungeretur.

Verum quo huic ipsi rei veluti cumulus, Deo adiuvante, imponatur, Apostolicae Nostrae caritatis officia, de plenitudine infiniti spiritualis thesauri, ad eos quoque dilectos Ecclesiae filios, largius quo fieri possit, proferre cupimus, qui morte iustorum obita de militia huius vitae migrarunt cum signo fidei, ac mysticae vitis inserti propagini; ita tamen ut prohibeantur ingressu in aeternam requiem usque dum divinae iustitiae ultrici pro contractis debitibus ad minimum reddant quadrantem.— Movemur autem tum piis catholicorum votis, quibus consilium hoc Nostrum pergratum esse scimus, tum lacrimabili poenarum, quibus defunctorum animae cruciantur, atrocitate: sed praeterea et maxime movemur consuetudine Ecclesiae, quae, vel inter iucundiores per annum solemnitates, sanctam et salubrem agit defunctorum memoriam, ut a peccatis solvantur.

Itaque cum ex catholica doctrina exploratum sit *animas in Purgatorio detentas Fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris sacrificio, iuvari, nullum censemus neque utilius ne-*

que optatius a Nobis proficiisci ad eas posse pignus, quam si multiplicemus in locis omnibus pro satisfactione ipsarum oblationem mundam sacrosancti Sacrificii Mediatoris nostri divini.

Quare statuimus, cum necessariis omnibus dispensationibus et derogationibus, *ultimam Dominicam proximi venturi mensis Septembri* tamquam amplissimae expiationis diem, quo celebretur a Nobis, itemque a singulis fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis aliisque Praelatis Dioecesim habentibus, in suis cuiusque Ecclesiis Patriarchalibus Metropolitanis et Cathedralibus, specialis missa defunctorum, maiori qua fieri potest solemnitate eoque ritu qui in missali adsignatur in *Commemoratione omnium fidelium defunctorum*. Id ipsum fieri probamus in Parochialibus et Collegiatis Ecclesiis tam saecularium quam regularium. et ab omnibus sacerdotibus, dummodo ne omittatur missa officio diei respondens, ubicumque est obligatio.—Alios autem Christifideles vehementer hortamur ut, facta sacramentali confessione, ad purgantium animarum suffragium angelico pane se devote reficiant.—His vero plenariam Indulgenciam pro defunctis; singulis ut dictum est supra, celebrantibus, Altaris privilegium, auctoritate Apostolica impertimur.

Sic nimirum piae animae in quibus noxarum reliquiae terribili cruciatuum magnitudine eluuntur per opportunum ac singularē solatium percipient ex Hostia salutari, quam Ecclesia universa, Capiti suo visibili coniuncta, eodemque caritatis affectu inflammata, Deo est oblatura ut eis locum refrigerii, lucis et pacis indulgeat sempiternae.

Interea Vobis, Venerabiles Fratres, universoque Clero et populo curae vestrae concredito, Apostolicam benedictionem, coelestium munera auspicem, peramanter in Domino imperitimus.

Datum Romae apud S. Petrum in die solemnii Paschatis anno MDCCCLXXXVIII Pontificatus Nostri undecimo.

LEO PP. XIII.

PROPOSICIONES CONDENADAS DE ROSMINI (1).

XXIV. Forma substantialis corporis est potius effectus animae, atque interior terminus operationis ipsius: propterea forma substantialis corporis non est ipsa anima.

Unio animae et corporis proprie consistit in inmanentि perceptione, qua subjectum intuens ideam affirmit sensibile, postquam in hac ejus essentiam intuitum fuerit.

(1) Véase el número anterior.

XXV. Revelato mysterio SSmae. Trinitatis, potest ipsius existentia demonstrari argumentis mere speculativis, negativis quidem et indirectis, hujusmodi tamen ut per ipsa veritas illa ad philosophicas disciplinas revocetur, atque fiat propositio scientifica sicut ceterae: si enim ipsa negaretur, doctrina theosophica *puræ rationis* non modo incompleta maneret, sed etiam omni ex parte absurditatibus scatens annihilaretur.

XXVI. Tres supremæ formæ *esse*; nempe subjectivitas, objectivitas, sanctitas, seu realitas, idealitas, moralitas, si transferantur ad esse absolutum, non possunt, aliter concipi nisi ut personæ subsistentes et viventes.

Verbum, quatenus objectum amatum, et non quatenus Verbum id est objectum in se subsistens per se cognitum, est, persona Spiritus Sancti.

XXVII. In humanitate Christi humana voluntas fuit ita rapta a Sp. Sancto ad adhærendum Esse objectivo, id est Verbo, ut illa Ipsi integre tradiderit regimen hominis, et Verbum illud personaliter assumpserit, ita sibi uniens naturam humanam. Hinc voluntas humana desiit esse personalis in homine, et cum sit persona in aliis hominibus, in Christo remansit natura.

XXVIII. In christiana doctrina, Verbum, character et facies Dei, imprimitur in animo eorum qui cum fide suscipiunt baptismum Christi.

Verbum, id est character in anima impressum, in doctrina christiana, est Esse reale (infinitum) per se manifestum, quod deinde novimus esse secundam personam Sanctissimæ Trinitatis.

XXIX. A catholica doctrina, quæ sola est veritas, minime alienam putamus hanc conjecturam: In Eucharistico Sacramento substantia panis et vinis fit vera caro et verus sanguis Christi, quando Christus eam facit terminum sui principii sentientis, ipsamque sua vita vivificat: eo fermento quo panis et vinum vere transubstantiantur in nostram carnem et sanguinem, quia fiunt terminus nostri principii sentientis.

XXX. Peracta transubstantiatione, intelligi potest, corpori Christi gloriose partem aliquam adjungi in ipso incorporatum, indivisam pariterque gloriosam.

XXXI. In Sacramento eucharistiæ *vi verborum* corpus et sanguis Christi est tantum ea mensura quæ respondet quantitate (a quel tanto) substantiæ panis et vini quæ transubstantiantur: reliquum corporis Christi ibi est *per concomitantiam*.

XXXII. Quoniam qui non manducat carnem Filii hominis et bibit ejus sanguinem, non habet vitam in se; et nihilominus qui moriuntur cum baptismate aquæ, sanguinis aut desiderii certo consequuntur vitam æternam: dicendum est, his, qui in hac vita non comedenterunt corpus et sanguinem Christi, subministrari hunc cœlestum cibum in futura vita, ipso mortis instanti.

Hinc etiam Sanctis V. T. potuit Christus descendens ad inferos seipsum communicare sub speciebus panis et vini, ut aptos eos redderet ad visionem Dei.

XXXIII. Cum dæmones fructum possederint, putarunt se ingressuros in hominem, si de illo ederet; converso enim cibo in corpus hominis animatum, ipsi poterant libere ingredi animalitatem, id est in vitam subjectivam hujus entis atque itade eo disponere sicut proposuerant.

XXXIV. Ad præservandam B. V. Mariam a labe originis, satis erat ut incorruptum maneret minimum semen in homine, neglectum forte ab ipso dænone; e quo incorrupto semine de generatione in generationem transfuso, suo tempore oriatur Virgo Maria.

XXXV. Quo magis attenditur ordo justificationis in homine, eo aptior apparet modus dicendi scripturalis, quo Deus peccata quædam tegit aut non imputat.—Juxta Psalmistam discrimen est inter iniquitates quæ remittuntur, et peccata quæ leguntur: illæ, ut videtur, sunt culpæ actuales et liberæ, hæc vero sunt peccata non libera eorum qui pertinent ad populum Dei, quibus propterea nullum afferunt nocumentum.

XXXVI. Ordo supernaturalis constituitur manifestatione esse in plenitudine suæ formæ realis; cuius communicationis seu manifestationis effectus est sensus (sentimento) deiformis, qui inchoatus in hac vita constituit lumen fidei et gratiæ, completus in altera vita constituit lumen gloriæ.

XXXVII. Primum lumen reddens animam intelligentem est esse ideale; alterum primum lumen est etiam esse, non tamen mere ideale sed subsistens ac vivens; illud abscondens suam personalitatem ostendit solum suam objectivitatem: at qui videt alterum (Quod est Verbum), etiamsi per speculum et in ænigmate, videt Deum.

XXXVIII. Deus est objectum visionis beatificæ, in quantum est auctor operum *ad extra*.

XXXIX. Vestigia sapientiæ ac bonitatis, quæ in creaturis relacent, sunt comprehensoribus necessaria; ipsa enim in æterno exemplari collecta sunt ea Ipsiæ pars quæ ab illis videri possit (che è loro accessibile), ipæque argumentum præbent laudibus, quas in æternum Deo Beati concinunt.

XL. Cum Deus non possit, nec per lumen gloriæ, totaliter se communicare entibus finitis, non potuit essentiam suam comprehensoribus revelare et communicare, nisi eo modo, qui finitis intelligentiis sit accommodatus: scilicet Deus se illis manifestat quatenus cum ipsis relationem habet, ut eorum creator, provisor, redemptor, sanctificator.

Joseph Mancini S. Rom. et Univ. Inq.
Notarius.

JUNTA DIOCESANA DE REPARACIÓN DE TEMPLOS
DEL OBISPADO DE LEÓN.

No habiéndose presentado licitadores el día 15 de Marzo último á la subasta anunciada para la reparación del templo parroquial de Villacerán, esta Junta acordó en conformidad con lo dispuesto por R. O. de 13 del corriente mes, que se celebre nueva subasta el día 29 de Mayo próximo, á las doce de su mañana, bajo el tipo del presupuesto de contrata, importante la cantidad de 2.325 pesetas.

La subasta se celebrará en los términos prevenidos en la Instrucción publicada con fecha 28 de Mayo de 1877, en el Palacio episcopal ante esta Junta diocesana, hallándose de manifiesto en la Secretaría de la misma para conocimiento del público los planos, presupuestos, pliegos de condiciones y memoria explicativa del proyecto. Las proposiciones se presentarán en pliegos cerrados, ajustándose en su redacción al adjunto modelo, debiendo consignarse previamente, como garantía para tomar parte en esta subasta, la cantidad de 116 pesetas 25 cts. en dinero ó en efectos de la Deuda, conforme á lo dispuesto por Real decreto de 29 de Agosto de 1876. A cada pliego de proposición deberá acompañar el documento que acredite haber verificado el depósito del modo que previene dicha Instrucción.

León 26 de Abril de 1888.—EL PRESIDENTE,
† FRANCISCO, OBISPO DE LEÓN.

Modelo de proposición.

D. N. N., vecino de..... enterado del anuncio publicado con fecha de de..... y de las condiciones que se exigen para la adjudicación de las obras de..... se compromete á tomar á su cargo la construcción de las mismas con estricta sujeción á los expresados requisitos y condiciones, por la cantidad de.....

(Fecha y firma del proponente.)

NOTA. Las proposiciones que se hagan serán admitiendo ó mejorando lisa y llanamente el tipo fijado en el anuncio; advirtiendo que será desechada toda proposición en que no se exprese determinadamente la cantidad en pesetas y céntimos, escrita en letra, por la que se comprometa el proponente á la ejecución de las obras.

**Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero
de la Diócesis.**

Han manifestado por medio del Sr. Arcipreste que pertenecían á la Asociación, los Sres. siguientes del Arciprestazgo de Valdeburón de Arriba.

- N.º 373= Blanco, D. Benito.
- » 374= Casquero, D. Juan.
- » 375= Diez, D. Antonio.
- » 376= Diez, D. Gregorio.
- » 377= Diez, D. Juan.
- » 378= Escanciano, D. Rafael.
- » 379= Fernández, D. Francisco.
- » 380= García, D. José.
- » 381= Mediavilla, D. Julián.
- » 382= Puerta, D. Francisco de la.
- » 383= Puerta, D. Bernabé de la.
- » 384= Reguera, D. Pedro.
- » 385= Valcuende, D. Ildefonso.
- » 386= Valdeón, D. Faustino.
- » 387= Vega, D. Santiago.

Ingresan de nuevo de dicho Arciprestazgo.

N.º 388 = Alonso, D. Gregorio, con obligación de aplicar 5 misas.		
» 389 = Balbuena, D. Laureano, con id.....	25	id.
» 390 = Diez, D. Manuel, con id.....	15	id.
» 391 = Fernández, D. Juan, con id.....	75	id.
» 392 = Gómez, D. Donato, con id.....	5	id.
» 393 = Mortera, D. Andrés, con id.....	5	id.

Han manifestado que pertenecían á la Asociación, por medio del Sr. Arcipreste, los Sres. siguientes del Arciprestazgo de Cea.

- N.º 394= Díaz, D. Joaquín.
- » 395= Diez, D. Pedro.
- » 396= Gómez, D. Antonio.
- » 397= González, D. Juan Antonio.
- » 398= Herrero, D. Felipe.
- » 399= Martínez, D. Samuel.
- » 400= Rebollo, D. José.

Ingresan de nuevo de dicho Arciprestazgo.

N.º 401 = Alonso, D. Juan, con obligación de aplicar 13 misas.		
» 402 = Herrero, D. Felipe, en el 1. ^{er} año de su ordenación.		

Han manifestado por medio del Sr. T. Arcipreste, que pertenecían á la Asociación, los Sres. siguientes del Arciprestazgo de Valdeburón de Abajo.

- N.^o 403= Balbuena, D. Fructuoso.
» 404= Castro, D. Francisco.
» 405= Fernández, D. Felipe.
» 406= Martínez, D. Rafael.
» 407= Mediavilla, D. Mamerto.
» 408= Tejerina, D. Domingo.

Ingresan de nuevo de dicho Arciprestazgo.

- N.^o 409= Acebedo, D. Pedro, con obligación de aplicar 5 misas.
» 410= Rodríguez, D. Pascual, con id..... 15 id.
» 411= Tejerina, D. Eugenio, con id..... 5 id.

Han manifestado por medio del Sr. T. Arcipreste, que pertenecian á la Asociación los Sres. siguientes del Arciprestazgo de Villalpando.

- N.^o 412= Aguado, D. Eladio.
» 413= Carnero, D. Julián.
» 414= Estébanez, D. Anastasio.
» 415= Lúcas, D. Matías.
» 416= Rodríguez, D. Genaro.

Ingresan de nuevo de dicho Arciprestazgo.

- N.^o 417= Carnero, D. Pedro, con obligación de aplicar 15 misas.
» 418= Durantes del Teso, D. Pedro, con id..... 35 id.
» 419= Pérez, D. Esteban, con id..... 5 id.
» 420= Rodríguez, D. Primitivo, con id..... 5 id.

León, 2 de Mayo de 1888.—Dr. José Fernández Ben-dicho, Pbro. Secretario.

El día 15 de Marzo de este año, falleció el Sr. Cura Párroco de Barrillos de Curueño, D. Ambrosio Alonso; y habiendo hecho constar que se hallaba inscrito en la Asociación, y por certificado del Sr. Arcipreste del partido que tenía aplicadas las misas por los socios difuntos, todos los Asociados celebrarán por él una misa según Reglamento.

DISPENSAS.

Han llegado de Roma las de la lista 3.^a, que comprende las embancadas hasta 1.^o de Abril me-nos el núm. 1.